

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis, D. Joh. Quistorpius ... Ad Exequias, Quas  
Matronae ... B. Annae Dreyers/ Clarissimi olim Civis Chiloniensis Dn. Henrici  
Riedemans/ Sedecim Viri. Viduae ... Matri ... Liberi parant. Academicos omnes  
officiose invitat.. d. X. April. Anno M DC LXIII.**

Rostochii: Kilius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777442981>

Druck    Freier  Zugang



Qvistorp, J.,

in

A. Dreyer.

Rost. 1663.

77.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn777442981/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777442981/phys_0002)

DFG





RECTOR ACADEMIÆ  
Rostochiensis,  
**D. JOH. QVISTORPIUS,**

ΘΕΟΛ. Prof. P.  
Ad Exequias,  
Quas

*Matronæ Honoratissimæ*

**B. ANNÆ**  
*Dreyers /*

Clarissimi olim Civis Chiloniensis

**DN. HENRICI Riedemans /**  
Sedecim Viri

Viduæ pientissimæ  
Matri desideratissimæ   
parant.

Academicos omnes officiosè  
invitat..

*d. X. April. Anno M DCLXIII.*



ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

RECTOR ACADEMIE  
Joh. Gottlieb Fichte  
GEOV. p. 9.  
BERNHARDUS  
*Serm. 2. in d. Petri & Pauli.*  
Studeamus fratres vivere vitam justorum,  
sed morte eorum mori, multò magis  
desideremus.



RECTOR ACADEMICUS  
D. JOH. QVISTORPIUS, P.

Citè perquam & sapienter, Gloria Romani Tullius Eloquij, in Catone Maje-  
re, inter alia, de Senectute disputans,  
inquit: Omnia quæ secundum naturam  
fiunt, habenda sunt in bonis. Quid est  
autem tām secundum naturam, quam  
Senibus emori? quod idem səpiùs etiam contingit Ad-  
olescentibus, adversante & repugnante naturā. Itaq;  
Adolescentes mihi sic videntur, ut cùm aquæ multitu-  
dine flammæ vis opprimitur; Senes autem, sicut, cùm  
luâ sponte, nullâ adhibitâ vi, consumptus ignis exsting-  
uitur: & quasi Poma de arboribus, si cruda sunt, vi avel-  
luntur; si matura & cocta, sponte decidunt: sic vitam  
Adolescentibus vis aufert, Senibus maturitas. Mors est  
ubiq; Senibus in januis, Juvenibus in insidiis, inquit D.  
Bernhardus. Cæterū Mors, si rem recte existime-  
mus, suapte naturā mala non est, per quam animæ &  
corporis fit separatio; sed somnus & lucrum, ac felix  
transitus de labore ad réfrigerium, de exspectatione  
certā ad præmium, de Agone ad bravium, de morte  
ad vitam, de fide ad notitiam, de peregrinatione ad  
patriam, de mundo ad cœlum, ut iterū D. Bernhardi  
verbis utamur, censenda est. Atq; hinc eleganter Se-  
neca:

:)

neca: Læti dicamus Vixi, & quem dedit cursum fortuna peregi: sed longè elegantius senior Simeon: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei Salutare tuum.. Proinde non pertimescunt homines pij mori; non sapientes viri; qui longævitatem pacificæ hujus dimissionis ingemiscentes dissolvi, & cum Christo esse longè pulchrius ac beatius arbitrantur. Pretiosa siquidem mors Sanctorum, pretiosa bonorum in conspectu Domini; qui viventes in terris, munitissimam sibi viam in cœlum struxerunt. Quod si omnis in morte sensus extingueretur, & illa falso crederemus, quæ nos beatioris & sempiternæ vitæ spe solantur; (de quibus nullum dubitandi locum, divina nobis veritas relinquit,) tamen mors optanda potius quam deprecanda videtur, iis præsertim, qui vel cum diuturnis morbis conflantur, vel his, queis tarda gelu seclisq; effæta senectus invidet imperium, fessæq; in corpore vires. At qui cum hæc spes nostra omni ambiguitate careat: quippe quam tantæ certitudine oracula Divina nobis ostendunt, ut de corporum nostrorum restituzione, ac salutis æternæ donatione, velut de Re jam confectâ peractâq; D. Apostolus loqui non dubitet, quid est, cur aut ipsi mortem tanquam maximum malum formidemus? aut eos qui nobis cari sunt, nobiscum diutiùs, cum satis diu vixerint, manentes nostrarum socios ærumnarum esse malimus, quam æternis bonis gaudere, ac divitiis cœlesti-

lestibus perfrui? Quid enim adhuc superstites hic ob-  
erramus in valle miseriarum, ex hac brevissimâ & fu-  
gacissimâ vitâ nullum ferè fructum capimus. (Ut D.  
Nazianenus loquitur,) nisi quod multa mala partim  
videmus, partim sustinemus, partim facimus, & solvi-  
mus naturæ debitum; dum alios morientes sequimur,  
alios antecedimus, quosdam deflemus, & à nonnullis  
deploramur, deniq; ab aliis accipimus partem lachry-  
marum, quam in alios contulimus. Princeps philo-  
phorum saniorum apud Ethnicos, universam gloriam  
hominis hac brevidescriptione complectitur, inquiens:  
**Homo est imbecillitatis exemplum, temporis spolium,**  
fortunæ lusus, inconstantiæ imago, invidiæ & calamiti-  
tatis trutina, reliquū verò pituita & bilis: Quò congruit,  
Dies Annorū nostrorū septuaginta anni, aut ad summū  
octuaginta, è quibus quod optimum est, molestia est &  
labor: transitus enim celer est & avolamus, sicut in sa-  
pientissimo carmine Moysis viri Dei cantatur; qui ver-  
sicul⁹ Psal. XC, ex colloquio Patriarchæ Jacob cum Pha-  
raone desumptus est. Ille enim interrogatus à Rege  
Ægyptio, quot annos ætatis confecisset, gravissimâ or-  
atione respondit: Dies peregrinationis meæ pauci sunt  
& mali, &c. Et in eodem Carmine, hoc brevissimum  
mortalis vitæ curriculum diei hesternæ, nimboque  
disfluenti, & somno non diu duranti, atq; gramine,  
quod manè floret, & mutatur vesperi, succiditur & a-  
rescit;

rescit ; & fabulæ, ad cuius similitudinem annos nostros consumimus, comparatur. Sed Deus, ( qui sibi fidentes deseruisse nequit) tandem nos afficit lætitia post dies afflictionis & angustiæ nostræ, & in possessionem jucundissimarum rerum immittit, in cœlestem & veram æternamq; patriam vocatos. Hæc sèpius secum perpendens Beata ANNA Dreyers / C. Hannæ LX XXIV. Annorū viduæ Prophetissæ, Luc. secundo, ex asse similis,) spe et exspectatione futuræ beatitudinis & gloriæ æternæ indubitata, cùm alias, tùm præcipue vidua facta : ex lachrymarum valle, migrationem beatam ardentibus votis exoptavit. Nata fuit An. Christi, supra millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, Ekelfordæ in Holsatia, ex honesta ac laudatissima familiâ. Patre nimurum, Viro integrissimo & præstantissimo B. PETRO Dreyer / civi & mercatori in Eckelßord optimo. Dn. CLAUS Dreyers, & B. ABELIS Börns / Conf. ibidem filiæ, filius insignis. Matre verò B. MARGARETHA Zapen / quæ pientissima filia fuit CLAUS Zapen / & ABELIS Ahrens / Consulum Eckelßordensium Holsatiæ. Ex his prognata, nostra pièDefuncta, mox per lavacrum Regenerationis, Civis Civitatis Dei declarata fuit. Infans adhuc, utroq; parente orbata fuit, & velut Esther partim apud Aviam, partim in vicinâ Urbe Stiel, pietatis & virtutum studiis imbuta, ad usq; annum 1605. laudabiliter vixit. Et prospiciente Deo, procum imò maritum invenit

invenit B. Dn. HENRICUM RIEDEMANNUM, Osnabrugensem Westphalum, Virum Ornatissimum, mercatorem conscientiosum; cum quo in placido, honesto & fæcundo conjugio vixit, annos XXIII. susceptis ex eo Liberis X. Quorum tres tantum adhuc superstites, MARGARETHA nimirum, prius B. CHRISTIANO Kircher / dein Excellentissimo Dn. D. STEPHANO SCHULTE TO, p.m. Prof. Med. Rostochii celeberrimo, nupta. ANNA, conjux JACOBI CARMONS, Civilis Rostochiensis præcipui. & Dn. HENRICUS Riedemann / Senator Reipubl. hujus Clarissimus, cum animi mœrore, Matris religiosissimæ obitum deplorant. Qui lectum ægrotantis Matris innumeris lachrymis inquinabant, illi madicis oculis adhuc ejusdē sepulchrum humectant. Reliqui septem Liberi matris mortem antevenerunt, beatâ metamorphosei hujus temporalis & æternæ vitæ. Inter eos autem eminuit Pl. Rever. Dn. L. NIC. RIEDEMANNUS, Templi Mariani Ecclesiastes quondam vigilantissimus, Affinis noster colendus; qui, quod notatu dignum, ante Annum, eodem die quo hæc Mater sua beatè exspiravit, rebus humanis valedixit; relictis post se Liberis VII, nunc Orphanis tenuerrimis; utroque Parente privatis, & hinc inde dispersis. Nam post mortem bene meritorum, plerumq; Rostochii gatia rara esse solet! Anno Christi 1628. circa dom. Palm. hæc anni tempora, hæc B. ANNA Dreyers/ per mortem Mariti, vidua declarata, cælebs ad usque horam

horam mortis mansit, Deoq; sanctissimo se totam consecravit, omniumque Chiloniensium matronis in praxi Pietatis facile palmam præripuit. Rostochium verò per preces & desideria liberorum superstítum pertracta, in tantâ ætate, interque tot ærumnas, Deo ac vulneribus Crucifixi Christi firmiter adhæsit. Inter belli injurias, quæ Ann. 1628. 1643. & 1658. Ducatum Hollatiæ inundarunt, æquo ac patientissimo animo afflictiones & tentationes varias sustinuit, ac ad utramque fortunam excipiendam apta fuit. Maluit rebus terrenis carere, quam propter eas sæpius litigare, quæ verecunda cogitatio, minime est vituperanda. Annos nata, LXXXV, ac capulo proxima, lecto affixa cum hæreret, Liberris ac Nepotibus ad unum omnibus, me adstante, ultimum. Vale dixit, & alacri fiducia horam mortis expectavit. Nec spes Eam confudit, quād secundo Aprilis, vitæ mortisque Arbitr placide ex hac ærumnarum Valle avocavit. Vivit jam hæc beata anima inter Cœlites, & pleno ore Trillno acclamat illud Allelujah! Cum autem usitato Ecclesiæ ritu, Exuvia memoratæ B. ANNÆ Riedemans / in requiem suam hodiè condendæ sint, rogamus omnes Academicos, ut in honorem honoratissimæ familiæ, præprimis Dn. HENRICI RIEDEMANNI, Senatoris splendidissimi, nostri ordinis amantissimi; tūm etiam ad levationem aliquam Filiarum, fæminarum honoratissimarum ~~et~~ Christianæ declaratione adferrandam, hora I. in templo Jacobæo, Exequiis cohonestandis, frequentes convenient. Quas ita prosequemur ~~ad~~ JESU, ut de mortalitatis nostræ conditione, & vitæ fragilitate ac incertitudine commonefacti, ad latam ac beatam migrationem in vitam immortalem, veris & æternis bonis affuentem, ex hujus mundi ergastulo, in vero timore Domini, maturè & nos præparemus.

P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus, d. X. Apr.

Anno 1663.

• 5 (o) •








[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn777442981/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777442981/phys_0016)



invenit B. Dn. HENRICUM I  
brugensem Westphalum, Vi  
torem conscientiosum; cum  
& fæcundo conjugio vixit,  
eo Liberis X. Quorum tres t  
MARGARETHA nimirum.  
Kircher / dein Excellentissimi  
SCHULTETO, p.m. Prof. Ni  
mo, nupta. ANNA, conjux JA  
Rostochiensis præcipui. & I  
man / Senator Reipubl. hujus  
mœrore, Matris religiosissim  
lectum ægrotantis Matris in  
nabant, illi madicis oculis adh  
mettant. Reliqui septem Li  
venerunt, beatâ metamorpho  
æternæ vitæ. Inter eos autem  
L. NIC. RIEDEMANNUS,  
astes quondam vigilantissimu  
qui, quod notatu dignum, a  
quo hæc Mater sua beatè exsp  
ledixit, relictis post se Liberis  
nerrimis; utroque Parente  
spersis. Nam post mortem be  
Rostochii gatia rara esse solet  
dom. Palm. hæc anni tempor  
per mortem Mariti, vidua de

NNUM, Osnæ  
issimum, merca  
acido, honesto  
III. susceptis ex  
huc superstites,  
CHRISTIANO  
TEPHANO  
ochii celebrri  
RMONS, Civilis  
RICUS Riede  
rus, cum animi  
deplorant. Qui  
achrymis inqui  
sepulchrum hu  
s mortem ante  
s temporalis &  
Pl. Rever. Dn.  
Mariani Ecclesi  
oster colendus;  
n, eodem die  
us humanis va  
c Orphanis te  
z hinc indè di  
rum, plerumq;  
aristi 1628. circa  
ANNA Dreyers/  
zelebs ad usque  
horam



Patch Reference numbers on left  
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 032